HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 128r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

repentinus casus superueniet interitus. Vnde hic quoq; apte subinfertur: Et post tres dies & dimidium. id est post tres annos & dimidium. per quadraginta scilicet quinq; dies. qui in danielis libro & esaie commemorantur. spes uenie adeo intrabit in eos. Non tam alieni spes ingredietur in eis. sed unusquisq; homo sua anima recipiet. Et stetterunt. per eo quod et stabunt. quia preteritum tempus est positum hic pro futuro. Super pedes suos. Quantum autem sit hoc futurum per illos quadraginta quinq; dies. solus ds nouit. Bene uero sci dicuntur stare. quia scilicet iam incommutabiles erunt in mente. & incorruptibiles in corpore. Et timor magnus cecidit. id est cadet super eos. qui uiderunt eos. per eo quod et uidebunt. id est super omnes reprobos qui interfecerunt eos. Ibi quippe recognoscent illos in gla. quos persecuti sunt in presenti uita. & timebunt. dum uiderint illos glorificatos. exspectantes sententiam diuine ultionis. Vel etiam ipsi sci cum uiderint se inuicem glorificatos. & uiderint celum ardere infernum apertum. demones per hunc aerem discurrentes. dnm uenientem ad iudicium cum multitudine angelorum timebunt. Si enim ut dns dicit uirtutes celorum mouebuntur. quantomagis homines.

De quibus subditur: Cap. xxv.

Et audierunt uocem magnam de celo dicentem illis Ascendite huc. Vox ista quem eos uocat ut ad celos ascendant. ipsa est de qua apls dicit. Ipse dns in iussu. & in uoce archangeli. & in tuba dei descendet de celo. Ascendite inquit huc. id est ascendite ad dnm. & ad caput urm. quia estis membra illius.